

A dicitur quâ etiam curator, qui ea vnicuique, quoties opus fuerit subministrat, rursusque ea abisdem recepit. *Guagninus in descriptione Mofchonia, cap. 4.*

CONDEMNATIONE, PROSCRIPTIONE,
Iudicio falso.

Vide Titulum. Iudices auari.

ACHAB Rex Israëlitarum, cum vineam Nabothi acquirere cuperet, IZABEL regina innocentem virum, & duobus falsis testibus productis, lapidari curauit. *3. Reg. 21.*

M. CRASSUM in Brutiis proscripturum quendam ferunt in scio Sylla tantum quaeris gratia. Quapropter re comperita in nullo usus est postea publico negotio. *Plur. in Crasso.*

In Syllana proscriptione, corum qui ex ira vel odio à SYLLANI necabantur, exiguus numerus erat præ illis, qui bonorum causa tollebantur. Imò poterant dicere homicidæ: Hunc occiderunt amplæ ædes, illum horti, alium thermæ. *Q. Aurelius cum in forum venisset, legir proscriptos, ac reposito nomine suo: Væ misero mihi, inquit, fundus Albertus me perdidit, paulumque progressus, est interemtus. Plur. in Sylla.*

F Propter Opalum gemmam à M. ANT. Triumviro proscriptus Nonius senator est, filius Strumæ Nonij eius, quem Catullus Poëta in sella cunei visum indignè tulit, aulique Scruilij Noniani consulis. Proscriptus fugiens, hunc è fortunis suis omnibus abstulit secum, quem certum est festertis viginti millibus æstimatum. *Plinius lib. 37. cap. 6.*

FVLVIA M. Antonij vxor, non tam odio impulsæ, quam studio pecuniae quaerendæ, sæpenuerò morte affectit homines, viro suo incognitos. Is, vt caput cuiusdà ad se perlatum vidit: Hunc hominem (inquit) ignorabam. *Val. lib. 9. cap. 5.*

TIBERIVS Cæsar, ad rapinas conuerso animo, multos, qui opulentiam essent, interfecit. Sat consistat Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, metu & angore ad fastidium vitæ ab eo actum. & vt ne quo nisi ipso hæredè moreretur: condemnatam & generosissimam feminam lepidam, in gratiam Quiñi consularis prædiuitis, & orbi, qui dimissam eam è matrimonio post vigesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: præterea Galliarum, & Hispaniarum, Syriæque & Græciæ principes confiscatos, ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus, vt quibusdam non aliud sit obiectum, interfecti. Sat consistat Cn. Lentulum Augur

C sit impudens calumniarum genus, vt quibusdam non aliud sit obiectum, interfecti. Sat consistat Cn. Lentulum Augur

CALIGVLA cum omnes eas, quas congesserat Tiberius, pecunias, decoxisset, animum ad rapinas conuertit, reosque vna sententia quadraginta condemnauit. Alea ludens, proximo collufoi demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripere confiscarique iussisset, exultabundus in domum rediit, gloriari se nunquam prosperiore alea lusisse. In Gallia ad motus Celtarum comprimendos profectus, hostibus quidem nihil nocuit: sed subditos, & socios, & ciues plurimum afflixit: & cum aliquando in lusu alex sibi deesse pecuniam sensisset, Gallorum descriptiones postulat, ac ditissimis interfecit iussis, ad collufores reuersus: Vt vos, inquit, de paucis drachmis laboratis: Ego verò intererea centies quinquages mille mille coëgi. Iunio Prisco prætorè de aliis quidem criminibus accusato, sed pro diuites interfecit, vbi didicit eum nihil morte dignum possidere: Deceperit me, inquit, frustra que perit, cum viuere potuisset. *Zonaras & Suetonius.*

DOMITIANVS Imp. cum ingentes opes summa prodigalitate, ludis atque spectaculis & conuiuiis edendis dilapidasset, atque pecunia iam egeret, multos ex potentiorebus occidit: partim reos factos in senatu, partim abentes accusauit, nonnullos etiam ex infidiis & clandestinis venenis sustulit, quo haberet vt tantos sumptos faceret. *Xiphilius in Domitiano.*

COMMODVS Imp. alienæ mortis facultatem cupientibus facile pecunia permisit: omniumque aliorum criminum impunitatem auro condonauit: palam litium capitaliumque criminum iudicia vendidit: haud secus quam si publicis nundinis venundandæ merces essent. *Herodianus.*

CONSTANTIA, Constantini Magni Augusti filia, & Galli Cæsaris, qui Orientem regebat, coniux, iussit Clematium Alexandrinum, virum innocentem, indicta causa interficere:

gemmato monili corrupta à Clematij foerit, generum quæ inuisum habebat, qui stupri ab ea interpellatus, tanta turpitudine abstinerat. *Fulg. lib. 9. cap. 4.*

BYCIBALDVS ab Carolo V. Rege Galliæ Genue præpositus, Gabrieleum Ioannem Galeacii filium auaro truculentoque iudicio Genue securi percussit, vt pragrandi ea pecunia potiretur, qua illi obuenerat, quam Pisas Florentino senatui vendidisset. *Iouus in Ioanne Maria.*

COMRANVS, Rex Scotorum, Toncetum iustitiarium Morauie, in silco augendo, & damnatorum proscriptorumque bonis ingeniosissimum, magni faciebat. Is negotiatores quosdam Forestæ (erat id tum primarium Morauie oppidum) vocatos in ius, leui de causa, quo eorum potiretur fortunis, necari fecerat. Morauie nobiles, Forestæ præsertim acolæ, negotiatorum propinqui, Toncetum in forum vocatos, interemerunt. Quæstus cadis auctores ad supplicium, in asperos montes abiere, & Donaldi Atholorum præfecti dolo regem in cubiculo interemerunt. *Boëth. lib. 9.*

CÆDE, HOMICIDIO.

PYGMALION, Rex Tyri, Didonis maritum

— Sibaum

Impius ante aras, atque auri cecus amore, Clam ferro incautum superat, securus amorum Germane

vt illius thesauris potiretur. *Virgilius 1. Æneid.*

Quo tempore Annibal premebat Campanos bello, VAL. Bestius Rufcium, Imbricifoceri sui filium, quem accepterat seruandum, morti dedit, vt eius auro potiretur. *Plur.*

VICTO ad Cabiras Mithridate, Callistratum captum, qui regi à secretis erat, duci Lucullus in castra imperauit. Qui verò illum ducebant MILITES, succinctum quingentis aureis sentientes, occiderunt. *Plur. in Lucullo.*

ROMANI milites, cum Hierosolymas Titus obsideret, Iudæos transfugas medios ferro diuidebant, vt in intestinis auro, quod deuorauerant, inquirerent: cum eam moram, qua ventrem exonerantes inter stercorem auro effunderent, præ nimia cupiditate ferre non possent. Biduo itaque duo Iudæorum millia per hunc modum milites interemerunt: pluresque occidissent, nisi Titus graui proposita pœna, eam G rem interdixisset. *Fulgosius lib. 9. cap. 4.*

Balduni II. Hierosolymorum Regis MILITES, Turcas plurimos, quos expugnata Cæsarea ceperant, auri spe enterarunt. *Fulgos. lib. 9. cap. 4.*

ROHOVITVS, Vogeni Boëmorum principis tutor, senem quandam opulentum, liberis orbum, frustra sibi conciliare tentans ad cenam inuitatum, ex arce Vicegradensi præcipientem dedit, eiusque opes omnes rapuit. Non multò post cum principatum affectasset in acie captus, ne carnifici traderetur, ipse semetipsum de quaeruo laqueo suspendit. *Dubravius l. 2.*

MILITES auari Lauredanum Venenum legatum, & Hierosolymorum occiderunt. *Vide Tit. Auaritie certamina.*

ALVARIVS NOROGIA, Azamotis vrbis an. 1519. sub Rege Lusitanie Emmanuele præfectus, in ea Mauritania parte, quæ ENXOUA nominabatur, in castra Nacerbenduma (is erat vnus ex ENXOUA principibus) impetum dedit: duas illius vxores, & duos filios, & vnam filiam, & multos illius cognatos, cum magna aliorum hominum multitudine captiuos abduxit. Maura quadam eleganti forma, quam Nacerbenduma filio suo desponderat, armillis argenteis magni ponderis brachia & furas ornarat. At Antonius Leitanus eques Lusitanus, argenti cupiditate inductus, vt illud facilius captiuæ detraheret, manus atq; pedes miserè præcidit, NOROGIA illum in custodiam tradidit, & in Lusitaniam cum dedecore redire compulit. *Orosius lib. 11. rerum Eman.*

VENEVICIO.

Cineas Pyrrhi Epirotarum Regis medicus, Senatui Romano pollicebatur se Pyrrhum pharmaco interempturum. At Romani Pyrrhum, licet hostem, admonuerunt, vt sibi à medico curaret. *Alian. lib. 1. de varia hist.* Sed fallitur nomine, Cineas legati nomen fuit. Medicum CURTIUS NICIAM, alij TIMOCAREM vocant.

NERIVS foenerator notissimus, morte coniugum locupletatus, in Satyris:

— Neriò iam tertia conditur vxor.

MILESIA quædam mulier, in Asia, quod ab æredibus secundis accepta pecunia, parum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis damnata est neq; iniuria, quæ spem parentis,